



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Genus. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

RES à S. IGNATIO
GESTÆ.

VITA.



IGNATI, quem I
primū familiæ pa-
rētum habuimus,
natale solum His-
pania est; quā mō-
tibus ferme Pyre-
næis clauditur. Indigenæ Gui-
puzcoam; prisci Cantabros dixe-
re. 2 Id loci nascitur IGNATIVS
sub annum Christianum CIO. CD.
xci: quo tempore Innocentius
Romani nominis Pontifex octa-
uus, & Fridericus Imperator ter-
tius, rerum potiebātur. 3 Parētes
habuit, de principe vtrumque fa-
miliā: Patrem Bertramum, vi-

A 3

FUM

rum illustrem, Ognis & Loiola
 Toparcham. Mater fuit Marina
 Sone; domo Baldensis; claro ge-
 nere nomineque foemina; nec
 ullis virtutum insignibus marito
 impar. 4 Emicabat in puero exi-
 mia quaedam iam tum indoles;
 animique & ingenij vis magna:
 si inter bonas artes adolesceret.
 5 Sed vix morari parentes, dum
 infantiam exiret; cum præpro-
 pera spe ad Ferdinandi Catholi-
 ci regiam dimittunt: inter æ-
 quales liberaliter educandum.
 6 Hic omnib. aulæ disciplinis in-
 stitutus, breui docuit, nihil se
 mediæ fortunæ passurum: cepit-
 que, vt primùm vires erant, ar-
 dua velle; gloriam è claris faci-
 noribus petere; inter primas cu-
 ras Militiam habere: eoque assi-
 duis equitum velitationibus af-
 fuefcere. Qua exercitatione, vel
 idcirco præstare se alijs cupiebat,

vt